IN DEI NOMINE AMEN.

Noverint universi quod Ego Petrus ribes civis civitatis valentie habitator Requisitus vigore clausule finalis apposite in calce originalis carricamenti censualis instrumenti infrascripti cuius vigore dictum et infrascriptum censuale licet luere et quitare. Scienter et gratis confiteor et in veritate recognosco vobis magnificis justitie Juratis ac probis hominibus universitatis ville de Vilafames absentibus et vestris quod dedistis et solvistis mihi et quos per manus magnifici Jacobi malla serv... vicini dicte ville solventis de pecuniis dicte ville prout ipse dixit a vobis habui et recepi voluntati mee omnimode realiter numerando et ex una parte Trecentas libras monete regalium valentie precium et proprietatem illorum Quadringentorum solidorum dicte monete censualium rendalium et annualium anno quolibet solvendorum decimo octavo die mensis Augusti unica solutione et qui per honorabilem Antonium mas nomine eius proprio et ut sindicum dicte ville de Vila-fames offuerunt mihi venditi et originaliter carricati instrumento recepto per notarium infrascriptum die decimo septimo mensis Augusti anni proxime preteriti Millesimi quingentesimi octuagesimi tertii precio dictarum trecentarum librarum dicte monete et ex alia parte a vobis habui et recepi modo predicto decem libras dicte monete de porrata usque in presentem diem debita et decursa. Et quia hec est rei veritas renuntio scienter omni exceptioni pecunie predicte non numerate et per me a vobis non habite et non recepte ut predicitur et doli Cancellans et cancellari mandans predictum originalis carricamenti censualis instrumentum tam in nota et in prothocollo notarii infrascripti eiusdem censualis receptoris quam alii ubicumque scriptum et continuatum reperiatur a prima usque linea usque ultimam inclusive. Taliter quod mihi nec meis prodesse non possit nec vestri dicte universitati et singularibus personis eiusdem obesse modo aliquo seu nocere volens etiam quod dictum censuale et ipsius esse dominium perceptio et jura ipsius cessent et evanescant ac si impositum et oneratum non fuisset. De quibus juribus et actionibus vobis et vestris cessionem facio sive restitutionem liberans inde vos et vestros bona vestra et vestrorum ab omni actione petitione questione et demanda quam vel quas contra vos vel vestros facere movere seu intemptare possem sive poteram pretextu dicti censualis faciens vobis et vestris firmissimum pactum de ulterius aliquid non petendo sive de non agendo vel conveniendo in judicio et extra judicium imponens mihi et meis super premissis silentium sempiternum sub quo in quocumque judiciario examine mihi et meis omnis penitus audientia denegetur. Sicut melius plenius sanius et utilius dici potest et intelligi ac etiam cogitari ad vestri et vestrorum commodum et salvamentum ac bonum etiam sanum et sincerum intellectum. Et si forte per aliquem vel aliques contra vos vel vestros fieret vel moveretur questio aliqua lis vel controversia ratione dicti censualis ad illam vel ad illas et de evictione premissorum minime tenear nec teneri volo vobis nec vestris nisi dumtaxat pro factis et contractibus meis propriis et non pro alijs aliter nec alias pro quibus et pro ratihabitione presentis instrumenti obligo vobis et vestris omnia et singula bona et jura mea mobilia et immobilia privilegiata et non privilegiata habita et habenda ubique. Quod est actum in civitate valentie die decimo septimo mensis februarij Anno a nativitate domini Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto Sig+num mei Petri ribes predicti qui hec concedo et firmo

Testes huius rei sunt honorabiles Petrus Joannes de Tuesta et Gaspar gregori scriptores valentie habitatores.

Sig+num mei Joannis baptiste ferrer notarii publici Civitatis et regni valentie ac per totam terram et dominationem domini mei regis qui predictis interfui eaque palam scribi feci clausi et subsignavi loco die mense et anno prefixis.

paga ... ... y ... cancellario 1587